

1134 noviembre. Jaca

37

*Ramiro II, rey de Aragón, concede carta de ingenuidad a los habitantes del valle de Echo, con el consentimiento del capellán Íñigo, abad de San Pedro de Siresa.*

ACH, armario 9, n.º. 294, letra visigótica, original (A).

Ed. BALAGUER, *La Chronica Adefonsi Imperatoris*, n.º. 2, p. 35-36.

Ed. DURÁN GUDIOL, *Colección diplomática*, 1, n.º. 137, p. 160-161.

Ed. UBIETO ARTETA, *Cartulario de Siresa*, n.º. 34, p. 63-64.

[*Crismón*] In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego quidem Ranimirus, Dei gratia rex, facio hanc kartam ingenuitatis vobis totos homines et feminas de Bal de Ego, maiores et minores. Placuit mihi libenti animo, obtimo corde et spontanea voluntate, et propter servicium quod mihi fecistis et cotidie facitis, et pro amore quod sedeatis meos bonos fideles, et per consentimentum de domno Enneco meo capellano et abbate de Siresa, ingenuo vobis illa carnaratura quod solebatis dare usque hodie, quod de hic in antea non detis ulla carnaratura de bakas, nec de oves, nec de porcos, nec de illo cordero quod solebatis dare, non detis de hic in antea maius amplius ad me, nec ad ullus alius homo de tota mea terra, sed sedeatis inde ingenuos et liberos et securos, vos et filios vestros et omnis generacio vel posteritas vestra, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate, per cuncta secula seculorum, amen.

Signum [*signo*] Ranimiri regis.

Facta carta ingenuitatis era M<sup>a</sup>. C<sup>a</sup>. LXX<sup>a</sup>. II<sup>a</sup>., in mense novembris, in villam que dicitur Iaca, regnante me Dei gratia in Aragon et in Superarbi sive in Ripacurcia, episcopus don Dodus in Osca, episcopus Garcia in Cesaraugusta, episcopus Mikael in Taronza, comes Ermengaudus Urgellensis in Boleia, comes Arnal Mir Palgarensis in Boil, vicecomitissa de Beharne in Zaracoza et in Uno castello, Lope Lopiz in Kalataiub et in Sos, Bertran in Exeia, Castange in Bel, Martin Galindez in Aierbe, Fortungo Galindez in Osca, Lope Fortungones in Albero, Ferriz in Sancta Eulalia, Fortungo Dat in Barbastro, Alamanzon in Montecluso, Lope Sanz in Atares.

Et ego Raimundus scriptor, sub iussione domni mei regis, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [*signo*] feci.

1134 noviembre. Jaca

38

*Ramiro II, rey de Aragón, hace varias donaciones al monasterio de San Pedro de Siresa y a su capellán Íñigo.*

ACH, *Extravagantes*, pergamino en muy mal estado de conservación. Le falta un trozo en su parte derecha, debido a lo cual no termina ninguna línea del texto. Letra visigótica, original (A).

Ed. BALAGUER, *La Chronica Adefonsi Imperatoris*, n.º. 3, p. 36-37.

Ed. DURÁN GUDIOL, *Colección diplomática*, 1, n.º. 138, p. 161-162.

Ed. UBIETO ARTETA, *Cartulario de Siresa*, n.º. 35, p. 64-65.

[*Crismón*] Sub nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego quidem Ranimirus, Dei gratia [Aragonensium rex, facio hanc cartam ingenuitatis] et libertatis Domino Deo et Sancto Petro de Siresa et vobis domno Enneco meo capellano, abbati et canonicis vel clericis ibi [dem loci Deo servientibus, obtime corde] et spontanea voluntate, et pro amore Dei et remedium anime patris et matris mee et fratris mei Petrus et Ildefonsus, cui sint requies, [et ut Deus mihi adiuvet in totas meas] rancuras, et propter magnum servicium quod mihi fecistis de illo carnale quod laxastis ad illos varones de Exo quod vobis solebant donare [... dono] et confirmo ad Sancto Petro predicto de Siresa villas de illa Espite in surso et de illa ponte de Xavierre [gai ...] et Suera et balle de Araues, cum toto [...] lures directaticos, heremos et populatos [...] de Iaca.

Et ita addorco et confirmo ista [...] parabola quam abetis illam scripta in illa carta [...].

Similiter dono vobis et concedo illas ecclesias de Alfaro, de villa sive de burgo, cum totos lures directaticos quod [...] quod ibi abeat illo episcopo qui habuerit [...] magis directum.

Et ut habeatis et possideatis hoc donativum supra scriptum totum [quietum et securum] et liberum et francum, per facere inde totam vestram voluntatem, vos et omnes successores vestros, salva mea fidelitate et [de omni mea posteritate]. Et si aliquis de meis voluerit ibi dicere nisi ad monasterio predicto, cum Iudas Scariot et cum Ananias et Safira qui ante pedes apostolorum ceciderunt, [in inferno inferiori habeat portionem].

Signum Ranimiri [*signo*] regis.

Facta carta confirmationis era M<sup>a</sup>. C<sup>a</sup>. LXX<sup>a</sup>. II<sup>a</sup>., in mense novembris, in villa [que dicitur Iaca], regnante me Dei gratia [in Aragon et in Superarbi et] in Ripacurcia, episcopus Dodus in Hosca et Iaca, episcopus Garssias in Cesaraugusta, episcopus Micael

in Tiraçona, comes Ermengaudus de Urgello in [Boleia, comes Arnal Mir Palgarensis in Boil, vicecomitissa de] Beharne in Uno castello, Castang in Biele, Fortung Galindiç in predicta Goscha, Lope Fertungones in Albero, Ferriç in Sancta Eulalia, Fortungo Dat in Barbastro, Alamaçon [in Montecluso, Enneco] Lopiç in Napal, Bertran in Exeia, Martin Galindez in Ayerbe, Sancio Necons nepote Caxal in Marcorllo, Lope Lopiç fratre Ato Aurelia [in Kalataiub et in Sos], Petro Tiçon in Balterra et Montacut, Iohan Didaç in Malonda et in Arguedas, Petro Taresa in Borga, Conçalbo Petriç in Alagon. ] ... Sunt testes Garcia Garceç de Osca et Garcia Garceç maiordomo.

Ego Andreo scriptor regis, sub iussione domni mei, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [*signo*] feci.

[1134 noviembre]. Jaca

39

*Ramiro II, rey de Aragón, ordena a los barones de Ansó que dejen la heredad de Somanés, que doña María había entregado a Santa Cristina del Somport y que el rey les había donado sin conocer tal oferta.*

AHN, Cód. 839, fol. 32 vº.-33.

Ed. UBIETO ARTETA, *Documentos de Santa Cristina*, nº. 53, p. 57.

Ranimirus, Dei gratia rex, vobis abbate et barones de Anso, meos fideles, salutem. Sapiatis quod mihi dixerunt don Guilerm et illos seniores de Sancta Christina quod domna Maria, mater de Martins Lopiz, laxavit illa hereditate de Somanes // ad Sancta Christina, et vos in alio die non mihi ista causa intendere, et feci vobis inde cartam. Et modo dico vobis et mando ut laxetis illa hereditate ad Sancta Christina, quia causa que fuit laxata ad Sancta Christina vel ad illo hospitali non debet illa contrastare nullo homine, et si me amatis vos non hoc faciatis. Lop Sanz et Eneco Lopiz et Banzo Fertungones testes in Jaca.

[1134 noviembre]. Jaca

40

*Ramiro II, rey de Aragón, ordena a los vecinos de Aspa que dejen pacer a los ganados de Santa Cristina del Somport en la estiva de Santa Cristina.*

AHN, Cód. 839, fol. 33.

Ed. LACARRA, *Mandatos reales*, nº. 6, p. 429.

Ed. UBIETO ARTETA, *Documentos de Santa Cristina*, nº. 54, p. 58.

Ranimirus, Dei gratia rex, vobis don Espan et don Tigbald et don Amaneo et vobis totos barones de Aspa, maiores et minores, meos amabiles, salutem. Sapiatis quod per hoc dedi vobis illa recta stiva de Sancte Christine, ut non mihi inde exisse nulla contraria ad me neque ad meos homines; et vos facitis grande contraria ad Sancta Christina et est causa quod mihi fortiter pesat, quia qui facit ulla contraria ad Sancta Christina mihi facit. Et si non la tatis pascere illo avere ad Sancta Christina non laudo nec atorgo illo donativo, set faciam vos ibi pignorare ad Ansotanos. Et si me amatis hoc non fallat. Lop Sanz et Banzo Fertungones testes in Jaca.

1134 noviembre. Tauste

41

*Ramiro II, rey de Aragón, da a Maza el lugar de Bandaliés, para premiar sus servicios.*

Noticia en LABAÑA, *Itinerario del reino de Aragón*, edic. Antonio P. UBIETO ARTUR (Zaragoza 1987), p. 150 y 338.

El documento estaba escrito en letra visigótica, según la lectura que Labaña da para "Ataguste", donde debió leer "Taguste" o mejor "Toguste". Se conservaba en el monasterio de Casbas. Labaña copia los nombres de varios personajes en dos lugares distintos de su obra. Reconstruyo parte del documento a la vista de tales listas.

Signum [*signo*] Ranimiri regis.

[Facta carta donationis era Mª. Cª. LXXª. IIª., in mense novembris], apud villam que dicitur [T]aguste, [regnante me Dei gratia in Aragon et in Superarbi sive in Ripacurcia], episcopus don Dodus in Osca, episcopus Garcia in Cesaraugusta, episcopus Michael in Tarazona, comes Ermingaudus Urgellensis in Boleia,